fiant allegatiōes iuris tractat Guil. in
spe. de dispu. ⁊ alle. ꝑ totum. ⁊ sic sumꝰ
expediti de secunda pte principali ordi
nis iudiciarij.

Interlocutorie sententie.

Sed antequā ve-
niamus ad terciaꝫ ptem. s. de
snia ⁊ illis que eam sequunt.
qꝛ aliqñ aliqua emergunt in lite seu cā
sup quibus iudex habet interloqui. nā
lꝫ sup incidenti nō sit necesse ꝓnuncia-
re. tñ sup emergenti est ꝓnūciandū. vt
no. de or. co. c. j. Et quid sit incidens vel
emergēs ibi no. ⁊ iō de interlocutorijs
videamus. ⁊ que sit snia interlocutoria
no. in clemē. vnica. ō seque. pos. in glo.
ꝟ. diffinitiua. ⁊ vide not. in. c. j. de ap. li.
vj. Sup exceptōe ergo dilatoria videlꝫ
an libellus sit offerendus vel nō. vl' an
sit ei rñdendū. vel an causa sit corā ipo
iudice tractanda vel nō. vel vtrū excōi-
cationis exceptio cōtra actorē opposi-
ta sit ꝓbata vel nō. vel vtrū dilatio peti-
ta sit ꝯcedenda vel nō. ⁊ de silibus exce
ptionibus iudex ꝓnunciet interloquē-
do sub hac forma.

Forma sententie interlocutorie sup
exceptione dilatoria.

N. decanus ⁊c. Cuꝫ in causa tali que
inter talem actorem ex vna. ⁊ talē reuꝫ
pte ex altera. de ⁊ sup re vel debito tali
in iudicio coraꝫ nobis vertitur ꝓ parte
dicti rei oblata fuit exceptio talis vl' ta-
lis dilatio petita. vel fuit ꝓpositum exci
piendo libello sibi ꝑ actorē oblato non

esse rñdendū vel actorē ab agēdo repel
lendū. ꝓ eo ꝙ maioris esset vinculo ex
cōmunicationis innodatus. vel nobis
in hac causa iurisdictōem nō cōpetere.
pro eo ꝙ tempe impetratiōis rescripti
ipe actor impetrans fuerit maioris ex-
cōicatōis snia ligatus ⁊c. Nos visis et
diligenter cōsideratis suꝑ hoc ꝑ testes
hincinde coram nobis ꝓductis ꝓpositꝭ
⁊ allegatis. Habito etiā cōsilio cū peri
tis. ꝓnunciamus. decernimus. ⁊ decla
ramus ṗdictā exceptōem admittendā
nō esse seu ea non obstante in cā hmōi
ad vlteriora ꝓcedendū fore. ⁊ ꝑ nos ac
coram nobis procedi debere. Vel sic
si est legitima exceptio. Decernimus ⁊
pronūciamus ipam exceptōem eē ad-
mittendā. ⁊ admittimus actorē propter
excōicationis vinculum ab agendo re-
pellendū excludēdū fore. ⁊ excludim⁹
seu repellimus seu nobis obstante ex-
ceptione ṗdicta iurisdictōꝫ ⁊ cognitōeꝫ
in negocio hmōi nō cōpetijsse. neqꝫ cō-
petere seu libello ṗdicto ꝑ ipm reuꝫ re-
spondendū nō esse. sed eundē reum ab
instantia iudicij fore absoluenduꝫ ⁊ ab
soluimus. ⁊ ipm actorem sibi in expē-
sis legitimis ꝯdemnamus. earꝫ taxatio
nē nobis in posterū reseruantes. ⁊ tūc
in fine interlocutorie tabellio subscribet
isto modo.

Lecta ⁊ lata ē hec interlocutoria an-
no tali. die tali. in pñtia ipaꝝ ꝑtium vel
procuratoribus pñtibus talibus ⁊c. Et
de istis ⁊ de alijs interlocutoriaruꝫ for-
mis no. in spe. ꝺ excep. §. viso. ⁊ est int-
locutoria que fertur inter ṗncipiū cau-
se ⁊ finem nō suꝑ principali. sed suꝑ in-
cidentibus questionib⁹ vel emergenti-
bus. de appel. significantib⁹. de testi. si-
gnificauerūt. Et transit interlocutoria i
rem iudicatam quo ad ꝑtem si ab ea in
fra decem dies non fuerit appellatum.
vt in. c. cunqꝫ dilecta. in fi. de elect. ꝫ nō
quo ad iudicem quin possit eam reuo-
care etiam post decem dies. de quo tñ
dicendū est. vt plenius no. in. c. cum ces
sante. de ap. in glo. j. Vbi distinguūtur
tres spēs interlocutoriaꝝ. Quia q̄dam
interlocutorie ṗparant seu ordināt litē
Quedā emergentia seu incidētia in li-
te decidūt. Quedā aliquid restitui vel
dari vel nō dari. fieri vel nō fieri. vel ali
quid equipollens iubent: cōcludendo
tñ ibi tenent doct. ꝙ omnis interlocuto
ria mutari ⁊ reuocari pōt ex causa. sine
causa nō. maxime post deceꝫ dies sine
voluntate ꝑtis pro qua est lata. Vnde
si iudex sine causa iusta interlocutoriā
reuocet poterit appellari.

Formas aūt diuersas reuocatōis in
terlocutorie ponit Guil. in spe. ꝺ excel.
§. viso. q² pōt sic dicere iudex.

Nos talis iudex ⁊c. q² in tali cā ⁊c. ṗ-
dem suꝑ tali exceptione ꝑ talem reum
opposita. ꝓnunciamus interloquēdo
eandē exceptōeꝫ non esse admittendā.
vel q² ꝯtra talem sic ꝓcessimus ⁊c. Ha
bito postmodū cōsilio peritoꝝ inueni-
mus ipm grauasse vel indebite ꝯtra eū
ꝓcessisse. Iccirco vsi cōsilio saniori int-
locutoriā ipam vel ꝓcessum hmōi exṗs
se reuocamus. Quidaꝫ tamen iudices
erubescentes factū suū reuocare sic di-
cunt. Nos talis iudex ⁊c. Si te talem
in aliquo grauauimus. illꝺ reuocam⁹
⁊c. Sed talis reuocatio dubia est cōdi-
tionalis ⁊ incerta. ⁊ iō non ad mittenda
Vnde appellans nō ob stāte tali reuo-
catōe nihilominus insistere pōt ꝓsecu-
tioni sue appellatōis. si pure nō fiat re
uocatio. Quidam etiam iudices sic di
cunt. Frater si te grauauimus in ali-
quo parati sumus illud reuocare ꝺ cō-
silio sapientū. Et ṗfigimus tibi talē ter
minū ad comparendū. infra quē volu-
mus plenius deliberare. Et dicit Guil.
vbi supra ꝙ hec forma habet in. c. apo-

stolice.de iudi.li.vj.ver. eratqꝫ paratus.
Glo.in.c.cum cessante. de appella.dat
aliam reuocatõez hmõi interlocutorie
vel grauaminis formã.vicz vt sic dicat
iudex.Non credo te grauasse.sed si gra
uaui te in aliquo illud reuoco. Sz ista
forma que duo membra continet. quo
ad vtrunqꝫ non est sana.qr in primo do
cet mentiri. Nam põt esse ꝙ iudex cõ-
trariũ credit.⁊ cõtra tales cautelas vel
doctrinas videndũ est qđ not.Guil.in
spe.de excep.§.penul.⁊ in vlti. colũna
Quo ad secundũ membꝝ est cõditio-
nalis incerta vt dixi supra. Vñ Hosti.
dat talem formaz.vicz vt si dicat iudex
ad eum cõtra quem est lata interlocu-
toria. Tu dicis te grauatũ ꝑ talem in
terlocutoriã quod non confiteor. Ego
tamen reuoco tue satisfaciens volunta
ti.ne de me saltem defacto cõqueri pos
ses.Et simil' forma tradit in.c.nisi spã-
lis.de vsupallij.Et ꝙ dicit iudex in re-
uocatõne ꝙ nõ confiteor caute dicit.qr
per hoc non sequitur ꝙ neget se grauas
se.Et aliqui iudices consueuerunt sta-
tuere terminũ.appellanti ad docendũ
de grauamie.sed ad hoc ipe appellans
non tenetur.de quo in.c. si a iudice. de
appel.li.vj.

Sequitur tercia pars ordinis iu-
diciarij.

n Vnc ergo vide-
amus de tercia parte ordinis
iudiciarij .s. de sentẽtia ⁊ que
illam sequunt.Et Guil.in spe. de sent.
pla.in princi. diffiniẽdo sic dicit.Sen-
tentia est iudicialis diffinitio cõtrouer
sie finem imponens. ꝯdemnatõem vel
absolutõem continens. Dicit.n.sentẽ-
tia iudicialis diffinitio controuersie fi-
nem imponens.vt in.l.j.ff.de re iudi.⁊
debet continere absolutõem vel ꝯdem
natõem.de accusa.illa ꝑpositoꝝ.Et ibi
de hoc in vlti.glo. Vel aliquid qđ tan-
tum valeat.de ver.sig.in his. Vtrũ au
tem sentẽtia diffinitiua sit de actis cau
se ita vt cõtineat inter acta. tractat Jo.
an.in addi.spe.de sent.prola. in princi.
Et ibi post ar.pro ⁊ cõtra videtur tene-
re ꝙ sic.maxime ꝑ.c.cũ eterni. de re iu-
di.li.vj. vbi sententie ferende ⁊ cõcipiẽ-
de ponunt in actis cause. Et debet fer-
ri snia diffinitiua ptibus pñtibus vel al
tera absente ꝑ contumaciã.ita vt citetur
ad sniam audiendam.de testi. cũ olim.
in fine.al's si feratur contra absentẽ nõ
citatum non tenet.vt no.de sen.⁊ re iu-
di.tenor.in glo.penl'.⁊ sup ea.Et neces-
se est hoc casu ꝙ exprimatur perempt.
vbi vnica sit citatio. de hoc.xxiiij.q.iij.
de illicita.in fi.magne glo.Et in spe.de
citationibus.§.viso de tempoꝝ.Et per
Jo.an.in.c. cum bertoldus. de re iudi.
in ver.remisissent.⁊ de accu.ad petitiõz
nisi in causis in quibus sine strepitu et
figura iudicij ꝓcedetur.vt in cle.sepe.đ
ver.sig.circa finem.ibi etiam de hoc in
glo.ar.iiij. Si autem in sententia conti
netur eum cõtra quem lata est fuisse ci
tatum an stetur sententie. ita ꝙ non sit
necessaria alia ꝓbatio citatõnis.tractat
Guil.in spe.de sen. pla. §.vt autem.v.
⁊ nota.Sed plenius ꝑ Jo.an.ibi in ad-
di.qr de iuris subtilitate necesse ẽ ꝓba-
re ꝑempt.Et si quis vellet tenere ꝙ vi-
ctor hoc nõ habeat ꝓbare.victus tamẽ
põt ꝓbare se citatum non fuisse ꝓducẽ
do acta.Et si inter ista nõ apparet hu-
iusmodi citatio habebit pro non cita-
to.nisi ꝓbetur cõtrariũ. Vtrum autez
ꝑsumat cõdemnatuz fuisse ꝑsentem in
sententia si aliud non dicatur vel expri
matur in ea.no.Guil.in specu. in loco
proximo allega. Et sentẽtia diffinitiua
debet generaliter sex cõtinere. Primũ
nomẽ iudicis ⁊ eius qualitatẽ. puta an
sit delegatus vel ordinarius. Secũdũ
nomina litigatorum. Tercium teno-

rē petitiōis in iudicio porrecte. Quar-
tum sunstantiā ꝓcessus cause. puta lit.
ꝯtest. iuramenti ꝑstatōez. ⁊ silia. Quin
tū ꝙ fiet mentio in sententia ptes fuisse
ꝑsentes vel ad cōtumaciā absentes. de
quo supra dixi. Sexto ꝙ ꝯtineat ꝯdem
natōem vel absolutōem vel aliquid eq̄
ualens. de quo etiam tactū est supra. et
ista etiaz enumerat Guil. in spe. ď sen.
ꝓla. §. qualiter aūt. iuxta finē ⁊c.

In actione ergo reali pōt sic dictari ⁊
formari sententia.

In nomine dn̄i Amen. Officialis vł
iudex talis. orta inter A actorē ex vna.
et. B. reum de et super tali fundo area
vel domo pte ex altera materia qōnis.
Idem A. libellum dedit vel obtulit in
hac forma. ⁊ ponat totus tenor libelli i
snia. Lite igit coram nobis legitime cō
testa. ⁊ ꝑstito a ptibus vel earū ꝓcurato
ribus hincinde calūnie iuramento. fa-
ctisqꝫ ⁊ oblatis positōibꝰ ⁊ articulis. ad
ipas positiones rn̄sionibus subsecutis
testibus ⁊ instrumentis ꝓductis ⁊ atte
stationibus publicatis. oppositisqꝫ cō
tra dicta testiū nōnullis exceptōibus ⁊
replicatōibus factis. tandē renunciatis
ꝑ ꝓcuratores ptium hincinde positōni
bus cum ipis ꝓcuratoribus ptiuz con-
cludentibus ⁊ cōcludi petentibꝰ in ipa
causa cōclusimus ⁊ habuimus ꝓ ꝯclu-
so. Nos igit visis ⁊ auditis diligēter iu
ribus rationibus ꝓbatiōibus ⁊ allega-
tionibus ptium. cognitisqꝫ ⁊ inuestiga-
tis ad plenum ipius cause meritis de-
liberatōe ꝑhabita diligenti. ⁊ cōmuni-
cato cōsilio iurisperitoꝝ xp̄i noie inuo-
cato. ptibus ꝓpter hoc in nostra ꝑsentia
ꝯstitutis ⁊ sniam ferri postulantibus.
vel tali actore vel reo p̄nte ⁊ sniam fer-
ri petente. Et tali reo vel actore ad hoc
ꝑemp. citato cōtumaciter se absentāte
cuius absentia dei ꝑsentia repleat ꝓ tri
bunali sedentes. ⁊ habentes pre oculis
deū solū sententiando. In his scriptis
ꝓnunciamus. decernimus et declara-
mus fundū ꝑdictum ad ꝑfatū A acto-
rem ptinuisse de iure ⁊ ptinere. ꝑfatum
qꝫ N. reum fundū hmōi occupasse ⁊ de
tinuisse. ac occupare ⁊ illicite detinere.
⁊ ipm fundū memorato actori adiudi-
candū. ac N. reum antedictuz ad resti-
tuendū ⁊ libere dimittendū fundū eū-
dem eidem actori ꝯdemnandū ⁊ repel
lendū fore. adiudicamusqꝫ ⁊ ꝯdēnamꝰ
ipm reum supradicto actori in fructibꝰ
a tpe mote litis. vel a tempe occupatio
nis ⁊ detentōis valet in tot modijs seu
maldris frumenti ⁊c. rōne fructuū pce
ptoꝝ ex fundo hmōi p euz pceptis. Et
in expensis litis nihilominꝰ ꝯdemnan
tes. quarū expensarū taxatiōem nobis
in posteꝝ reseruamus. Vel si debeat
fieri snia pro reo absolutoria forte quia
actor nō probauit. vel reus probauit ď
iure suo. tunc ita formetur. In noie
dn̄i Amen ⁊c. vsqꝫ ibi. pronūciamus de
cernimus ⁊ declaramus ꝑdictū N. reū
a ꝑfati N. actoris impetitōe absoluen-
dū. ac eidē actori sup petitōe sua ⁊ fun-
do ꝑdicto silentiū ꝑpetuū imponendū
fore. ac absoluimꝰ ⁊ imponimus ac no
stra snia diffinitiua mediante cōdēnan
tes eundē actorē eidem reo in expēsis
litis. quarū taxatōem ⁊c. In cuiꝰ rei te
stimoniū ⁊c. ista snia incipit. In nomi-
ne dn̄i ⁊c. vt. xxiij. dis. In noie. de testi.
in noie. Melius ad ꝓpositū in. c. verita
tis. de do. ⁊ ꝯtu. Et nō scribit seu dirigi-
tur alicui. vicz ptibus vel alijs vel vni-
uersis. Quia si iudex sic scriberet. vni-
uersis ⁊c. noueritis ꝙ in causa tali pro-
nūciamus ⁊c. tales lr̄e seu scripture nō
facerent fidē. qr eēnt potius testimonia
les seu recitatorie ꝑteritoꝝ q̄ȝ assertorie
ꝑsentiū. vt no. Guil. in spe. de sen. ꝓlat.
§. iuxta. v. ⁊ no. ꝙ quidā iudices. Not.
etiam in. c. apostolice. de re iudi. li. vj.
Item in snia fit narratio processus ad
quem affectum hoc fiat. not. in spec. de

sen. pla. §. restat. ℣. in summa. no. ⁊ Jn
no. ⁊ Hosti. in. c. cum in iure. de offi. de
leg. vbi etiam not. quid fieri debeat si ꝑ
alium tabellionem scribat sententia. ⁊
acta ꝑ alium fuerint scripta. Jtē in sen
tentia dicit. nos visis ⁊ auditis diligen
ter iuribus, ꝓbatōibus. ⁊ allegatōnib⁹
ꝑtiuꝫ ⁊c. qꝛ iudex ſm allegata ⁊ ꝓbata
coram eo debet iudicare. non ſm ꝯsciē-
tiam quā habet vt priuatus. sed ſm cō
scientiā exactis ꝓbatōibus ⁊ allegatio
nibus informatā. vt. iij. q. vij. Judicet ꝫ
de quo de offi. deleg. pastoralis. in glo.
ar. cōtra de offi. ordi. c. j. in glo. canonū
⁊ in spe de dispu. ⁊ alle. §. vl. ℣. lꝫ autē.
Et ibi de hoc ꝑ Jo. an. in addi. vbi po-
nit rōnes quorundā theologoꝝ qui te-
nent contrariū. ⁊ illas soluit. ⁊ quale re
mediū tunc habeat iudex ibi no. qꝛ de-
ponet si pōt consciam. si non pōt dele-
get causam alicui. vel ad supiorem re-
mittat ⁊c. vt plenius notat vbi supra.
Jtem sequit in sententia cognitis ⁊ in
uestigatis ad plenum cause meritis ⁊c.
Nam ferri non debet sententia nisi li-
queat de meritis cause. de quo in. c. ꝓ-
ut. de dol. ⁊ cōtu. cum si. Snia. n. nō est
ꝑcipitanda. vt in. l. ij. C. de sen. ex pi. re-
ci. hac lege. ⁊ in clemen. pastoralis. d' re
iudi. imo cum peritis super ea ferenda
consiliū habere debet. de dolo ⁊ contu.
cum olim. de consue. ad nostraꝫ. De q̊
⁊ qualiter iudex deliberare debeat ⁊ cō
siliū iurisperitoꝝ requirere. ⁊ diligēter
cum peritis suꝑ negocio cōferre. inspi-
ciendo petitionem iuxta quam senten
tia est formanda. de accu. qualiter. ij. de
symo. licet hely. Positiōes ⁊ articulos
ꝓbatōnes ⁊ alia acta cause ⁊c. vt tradit
Guil. in spe. de requisitōne consilij. Et
ideo dicit in sententia. deliberatiōe pre
habita. ⁊ habito consilio cum peritis.
Jtem subditur in sententia ꝑtibus pro
pter hoc in nostra ꝑsentia constitutis ⁊

sniam ferri postulantib⁹ ⁊c. De isto po
nit Guil. in spe. rubricam spālem. s. de
petitione sententie ⁊ eius cautela. ibi d'
hoc. Jtem qn̄ altera ꝑtiuꝫ est absens ꝑ
contumaciā solet dici in sententia. Cu-
ius absentia dei ꝑsentia repleatur. de q̊
in. c. de manifesta. ij. q. j. in. c. veritatis.
de do. ⁊ contu. Jtem in forma sentētie
ponit ꝓ tribunali sedeñ. ⁊ habentes ꝑ
oculis solum deuꝫ. de hoc in. c. cū eter-
ni. de re iudi. li. vj. Unde sedendo debꝫ
iudex sniam ꝓferre non stando. al's nō
valeret. vt in. c. vl. de re iudi. li. vj. ⁊ que
sit rō ibi no. nec debet ꝑ gratiaꝫ vel sor-
tem iudicare contra iusticiā ⁊ cōtra cō-
scientiam. al's sustinebit penas. de qui-
bus in. c. cum eterni. all. Jtem illis ver
bis vtatur iudex in sententia vel parib⁹
ꝓnunciamus. decernimus. non tamē
refert an sic dicat iudex. an dicat preci-
pio vel statuo vel ordino. vt in. c. in his
de ver. sig. Nam q̄uis lex dicat nō va-
lere sententiā que condemnatiōem vel
absolutōem non continet. vt in. l. ꝑses.
C. de sen. ⁊ interlo. om. iudi. ⁊ tactū est
etiam supra. Sufficit tn̄ si contineat cō
demnatōem seu absolutōem vel equi-
pollens. de quo etiam in spe. de sen. ꝓ-
la. §. vt autē. ver. ⁊ nota. Et non est vis
nec refert etiam an sentētia feratur sub
verbis prime vel tercie persone. de quo
etiam in spe. e. ti. §. iuxta. ver. non valet
de quo etiam dicendū est vt ibi. Jtē di-
citur in sententia sententiando ⁊ sentē-
tialiter in his scriptis ⁊c. hoc idō. quia
sententia diffinitiua debet ferri in scri-
ptis. Debet etiam in scriptis recitari et
ꝓferri. ⁊ ꝑ ipm iudicem non per alium
legi. al's est nulla. de quo in. c. vlti. de re
iudi. li. vj. Non tamen est necessarium
exprimi in sententia in his scriptis dū-
modo al's in scriptis feratur. lꝫ sit cau-
tum. de quo in spe. §. iuxta. in ver. non
valet etiam superius allega. ⁊ in dicto

ca.vlti.de re iudi.li.vj. Et qd sequit in sententia.s.fundum pdictum ad prefatum N.actorem ptinuisse 7c. hoc pz declaratū circa petitōem in libello cōtentam sm quaz vt dictum est sentētia ferri debet. Item condemnet iudex victū in expensis ipi victori qd fieri debet.vt in.l.eum quē temere.ff.de iudic.7 in.c. calumniā.d pen.nisi ipe victus habuisset pbabilem causam litigandi: que euz excusaret.vt no.in dicto.c.calumniā.et in dicto.c.finem.de do.7 contu.in glo. magna.7 sup ea.Et tunc qn omittit iudex condēnatōnem expensarū.dz cām exprimere in sententia pter quā victuz in expensis victori nō cōdemnat.vt ibi no.7 pba.in autē.de iudi.§.optet.col. vj.Et iste est vnus casus qui in sententia debz exprimi.s.causa illa.vij. alij casus notant in.c.sicut nobis.de sen.7 re iudi.alias regulariter in sententijs non debet exprimi causa.vt ibi.imo fatuuz esset exprimere.quia faciliter possz mala causa exprimi 7 bona subticeri. 7 ita non valeret sententia. De quo in.c. ex pte.de conces.pben.de resti.in inte.cuz ex lris.v.nos igitur. 7 hoc etiā obtinet in interlocutorijs. Si tn iudex expmit aliquas causas.tunc post specialia submittat clausulā generalē. vicz ex his et alijs nos mouentibus 7c.Et sic sub tali generalitate comphēdit sniam seu decisionē cause iustificantē.vt no.de re iudi.abbate.li.vj.

Sententia in actione psonali potest sic formari.

In nomine domini Amen 7c.vt in pcedenti forma vsqz ibi cōtinuando pnunciamus. decernimus 7 declaram⁹ pdictum N.reum memorato N.actori teneri 7 obligatū fore i decē libris 7c. Et ipm eidē actori in debito hmōi esse condemnandū.7 ad eius solutōem cōpellendū.ac in eisdez decem libris. nec nō in lit.expensis legitimis eundē reū pfato actori condēnamus taxationem expensarū nobis in posteruz reseruantes. An aūt sententia sit cōcipienda in psonam pcuratoris vel dñi.no.de elec. querelam.in glo.v.yconomi. 7 sup ea. Sed lz in hoc multū instent doctores 7 maxime legiste. tamen Jo.an.ibi non placet legalis subtilitas in hoc casu.qz si pcurator fuit in causa nomine domini sui quale peccatū est si dñs condemnat. Unde graue esset dicere sententiā pter hoc in pcura.ferendā. qd tn videtur velle.l.j.C.de sen.7 inter.om.iudic. Hostien. tamen in dicto.c. querelam. motus ista subtilitate legali. ponit formā sententie in causa matrimoniali.cōsulendo qz iudex pnūciet isto modo pnunciamus decernimus 7 declaram⁹ titium fore maritum seye.7 pcuratorē ipius noie ad matrimoniū. d quo actū est condēnamus. pcipientes vt dictus titius deinceps seye adhereat vt vxori. 7 tam in lecto qz extra lectum eaz maritali affectione ptractet. Pro qua forma allegat.c.ex pte.7.c.veniēs. de spōsa. Alie sententiaruz forme defacili pñt haberi.quia libellus bene formatus in quacunqz actione dat formaz sententie concipiende.que ex forma petitōnis libelli pcedere debz.vt allegatū est supra Et vt supra ptz in sentētia absolutoria. reus absoluit ab impetitione actoris.7 actori silentiū imponit. Qd vtrunqz illoz ponendū sit sententia et quare habetur in.c.cum eccia sutrina. de cā pos. 7 ppri.in fi.in.c.dudum. in fi. de cōuer. coniug.cum similibus.7 no. in spe. de sen.pla.§.vt aūt.v.qz aūt vtrunqz.

Et lecta sentētia notarius subscribet sententie annum 7 diē ac testes 7c. hoc modo.

Lecta 7 lata est hec sententia diffinitiua.vt supra tali die in subscriptōe interlocutorie lata est hec sententia interlocutoria. Uel si redigitur sentētia in for

mam publici instrumēti scribit in hac
forma. In quoꝝ omniū ⁊ singuloꝝ te-
stimoniuȝ p̄ntes lr̄as seu p̄sens publi-
cum instrumentū ꝑ talē notariū publi
cum in causa hmōi coraȝ nobis scribā
fieri ⁊ publicari mādamus. nostriq̄ꝫ fe-
cimus sigilli appensione muniri. Da-
tum ⁊ actum in loco tali quo nos con
sueuimus sedere ad reddenduȝ iura ꝓ
tribunali. Anno tali. indictōe tali. pōti-
ficatus sanctissimi in xp̄o p̄ris ⁊ dn̄i no
stri dn̄i pauli diuina ꝓuidentia pape se-
cundi. anno sexto. die iouis. ij. mēsis de
cembris. hora terciarū vel quasi. p̄senti
bus discretis viris A. steinhorn. ⁊ Ste
phano religiosis. ⁊ pluribus alijs fide-
dignis testibus ad p̄missa sp̄aliter vo-
catis ⁊ rogatis ⁊c.

De appellationibus.

Lata sententia diffinitiua. si ab ea nō
appellat ꝑs cōtra quā est lata infra de-
cem dies. transit in rem iudicataȝ. vt in
c. ꝙ ad consultatōem. de re iudi. ⁊ idem
de interlocutorijs quo ad ꝑteȝ. vt in. c.
cum dilectus. in fi. de elec. ⁊ etiaȝ tactū
est supra. Unde aduertēdū ꝙ aliter
appellat ab interlocutoria ⁊ aliter a dif
finitiua. Qn̄ appellatio interponit ab
interlocutoria vel alio grauamine. opȝ
ꝙ in scriptis fiet. ⁊ cum exp̄ssione cause
iniuste seu iniquitatis interlocutorie vl
grauaminis. Ista duo substantifice re-
quirunt etiam si causa sit notoria. De
quo ꝑ Jo. an. in. c. cordi. de appel. li. vj.
in nouella. nisi qn̄ in maioribus ⁊ in re
seruatis interponit appellatio. de quo
in ca. vt debitus. in fi. eo. ti. Et. xiij. que
requiruntur seu debēt recurrere in ap-
pellando ante sn̄iam ad ip̄am appella
tōem validandā colliguntur ⁊ enume-
rantur in. c. dilecto. de ap. ibi ꝑ Hostiē.
sup verbo firmato. Et primū est ꝙ cau-
sa in appellatōe exp̄ssa sit vera. Secun
dū ꝙ exceptio opponat. Terciuȝ ꝙ co-
ram iudice ꝓponatur. nisi excuset iusta
causa. Quartū ꝙ appelletur. Quintū
ꝙ coram iudice. nisi ex causa. Sextum
ꝙ exceptio non admittat. s. ꝙ expectet
repulsa exceptione. Septimū ꝙ ꝓpter
iniustam repulsionē appellet. Octauū
ꝙ exceptio opposita sit legitima. No-
num ꝙ grauamen illatum sit vel cōmi
natū. Decimū ꝙ in scriptis fiat appel-
latio. vt supra. Undecimū ꝙ petantur
apostoli infra. xxx. dies. Duodecimuȝ
ꝙ si petierit appellat⁹ veniat appellās
instructus iuxta casum. ca. cordi. de ap
pel. li. vj. Tredecimū ꝙ appellatio int-
ponatur infra decem dies. de hoc etiaȝ
in. c. cordi. de ap. li. vj. ⁊ in spe. ꝑte. ij. eo.
ti. §. qualiter. ver. in sum. not. ⁊ hoc in
appellatione iudiciali. sed in extraiudi
ciali ista omnia non requiruntur. quia
ibi non exigitur veritas cause. sed suffi-
cit ip̄ius veri similitudo. Item non re-
quiritur ibi grauaminis illatio seu cō-
minatio. sed sufficit ꝙ timeatur inferri
in futurū. De istis ⁊ alijs differētijs. scȝ
in quibus differunt appellatio iudicia
lis ⁊ extraiudicialis. vel etiam in q̄bus
ꝯueniunt. solet notari in. c. bone. de ap.
vbi notantur duodecim differentie et
tres conuenientie. Qn̄ aūt appellatur
a diffinitiua tunc lata sententia iste cō-
tra quem fertur si vult potest appella-
re verbo apud acta. dūmodo hoc faciat
in continenti iudice adhuc ꝓ tribunali
sedēte. anteq̄ꝫ se diuertat ad alios actus
vt in. l. litigatoribus. C. e. ti. Canonista.
ij. q. vj. c. fi. ver. litigatoribus. nota. de
appella. c. j. libro. vj. in fi. Sed si ex int-
uallo. videlicet dum iudex diuertat se.
scȝ post latam sententiam ad prandiuȝ
vel alios extraneos actus velit appella
re. tunc necesse est etiā appellare in scri
ptis. sicut ab interlocutoria. vt in. l. ij. ff.
eo. ti. ⁊. C. e. ti. l. eos. §. sin autē. Et ista ē
vera opinio seu exceptio. licet quidam
exponunt ilico. quod ponitur in. l. pre-
dicta. i. eadeȝ die. vt notatur in dicto. c.

cordi. Item a diffinitiua appellat̄ sine
expressione cause. vt ibi ⁊ in iurib⁹ ꝑxi.
alle. Unde sufficiat appellāri dicē. ap-
pello a tali sn̄ia diffinitiua tanq̄ iniqua
⁊ iniusta. de quo etiā in spe. de appel. §
qualiter in prin. Et tn̄ diffiniēdo appel
lationē dicit ꝙ appellatio ē sn̄ie vl' gra-
uaminis relaxatio ꝑ ꝓclamationem a
minori ad maiorē iudicē facta ꝑtextu
iniqui iudicis grauaminis vel iniuste
sn̄ie. Ioh. teu. ponit vnā diffinitiōz. ij. q.
vij. in sum. Osti. pl'es ponit i sūma eo.
ti. §. j.

Pōt ergo sic formari appellatio a
grauamie vel interlocutoria sn̄ia iudicis

Corā vobis dn̄o iudice tali puta or
dinario vel delegato, ⁊ te notario pub-
lico ac testibus hic p̄ntibus. Ego talis
principalis vel talis eius ꝓcurator no
mine ꝓcuratorio talis actoris vel rei ꝓ
pono animo appellādi. Et dico ꝙ licet
in causa que int' talē actorē ex vna. ⁊ p̄-
dictū N. reū de ⁊ sup re vel debito tali
pte ex altera vertit̄ in iudicio corā dn̄o
iudice p̄dicto exceptionē talez opposu
erim. Et ponat̄ tenor vel saltē mens et
effectus ipius exceptiōis in appellatio
ne exprimat̄ Et tunc subiungat si velit
eam ꝑ vos admitti vel ꝰm ꝯtenta ⁊ pe-
tita in ipa ꝓnūciari postulaueri. Uos
tn̄ dn̄e iudex hmōi exceptione legitti-
ma spreta ⁊ neglecta ipa saltē tacite re-
pellēdo in ipsa causa ad talē exceptio-
nē vel ad aliū actū exceptiōi mee ꝯtra
riū ꝓcessistis. vel eandē exceptionez ꝑ
vestrā quā tulistis interlocutoriā ꝓnū-
ciando sic vel sic minus iuste repulisti
vel alias in causa hmōi ꝑ talem vestrā
cōminationē siue actū seu p̄ceptuz tale
me indebite grauastis. Unī ad interlo-
cutoria hmōi iniqua ⁊ iniusta sen. ex p̄
dicta exceptōe non admissa. vel saltē ta
cita repulsione, vel a tali vr̄a cōminatō
ne seu p̄cepta tali tanq̄ iniquo graua-
mine in his scriptis ad reuerendum in

xp̄o patrē ⁊ dn̄m episcopū talē. vel ad
sanctā sedem apostolicā ⁊ sanctissimuz
in xp̄o patrē ⁊ dn̄m nostrū dn̄m Pau
lum diuina ꝓuidentia papā scdm pro
uoco ⁊ appello. ⁊ apl'os prio. scdo. ter-
tio. ⁊ cū debita instātia mihi dari peto
subiiciēs p̄dictū N. reū cum adheren-
tibus suis ꝓtectioni dn̄i episcopi vl' do
mini pape ⁊ sedis apostolice speciali.
Et ꝓtestor ꝙ appellatōez hmōi possim
corrigere, emēdare. ⁊ innouare. ac eam
intimare verbo ⁊ prosequi prout mihi
videbit̄ expedire. Dicit̄ primo in
forma. Corā vobis ⁊c. q2 corā iudice et
eius p̄ntia est appellandū. vt. ij. q. vj. bi
duū. §. dies aūt. de ap. suggestū. si eius
p̄sentia pōt haberi. vel nisi iustus met⁹
excuset. tunc debet ꝓtestari in p̄sentia
bonoꝝ viroꝝ volēs appellare iuxta for
mā ca. vlt̄. eo. ti. Et si sunt pl'es iudices
quoꝝ p̄sentia simul haberi nō pōt. tūc
fiat ꝰm ꝙ habet̄ in cle. j. eo. ti. q2 tunc p̄t
corā ipsis vel corā maiori pte eoꝝ ap-
pellari. ⁊ apostoli p̄nt peti sepati. vt ibi.
Aliq̄ in appellationibus solēt p̄mitte-
re. cum appellationis remediū ad rele
uamē oppressoꝝ a iure sit inuētū. ꝺ ap
pel. ca. cum speciali. §. porro. ⁊ in. l. p̄fe
cti pretorio. ff. de mino. cum similib⁹. Sz
de hoc nō est curandū. q2 ista sunt ṽba
iuris quoꝝ non est necessaria ꝯpositio
sed ṽba facti sunt ꝯponenda. de quo in
ca. si quis iusto. de elec. li. vj. Itez dicit̄
ordinario vel delegato. q2 debet expri-
mi iudicis q̄litas. que ꝯsiderāda ē. ma-
xime qn̄ supra appel. man. aper. impe-
trat̄ de excep. dilecte. de appel. ex insi-
nuatōe. Postea fit mētio in appellatō
ne de ꝓcessu cause ⁊ de grauamine seu
interlocutoria. ⁊ causa iniq̄tatis ⁊ gra-
uaminis seu interlocutorie exprimat̄.
q2 hoc est necesse qn̄ ante sn̄iam appel-
lat̄. vt dictū est supra. Nā nō sufficit di-
cere appello a tali interlocutoria tanq̄
iniqua ⁊ niusta, qḋ tn̄ sufficeret a diffini

tiua.de quo no.in ca.penl'. de no. ope.
nunciacia. Itē dicit in forma appellatōis
ꝙ iudex non admisit exceptionē.sed ea
spreta ꝓcessit.vel ꝙ ipam interlocutori
am repulerit. Nā duobꝰ modis iudex
repellit exceptionē.videlicet tacite ⁊ ex
presse.Tacite qn̄ exceptiōe neglecta iu
dex ꝓcedit ad ea que se non cōpatiunt
cum exceptiōe ꝯposita.ꝺ appel.ex pte.
⁊ no.eo.ti.dilecto.Et in spe.de excep.§
ij.v.⁊ no.ſm vbertū A.no.etiā p Ioh.
mo.in ca.j.de appel.li.vj.Et tunc pote
rit appellari hoc expsso in appellatiōe
ꝙ ꝓcessit iudex exceptōne nō admissa.
Expresse repellit.puta qn̄ p interlocu-
toriā ꝓnunciat ꝯtra exceptionē.Quid
aūt faciendū sit qn̄ iudex nō repellit ex
presse nec etiā tacite.puta ꝓcedēdo vt
dictū est.nec etiā admittit.sed semp est
in deliberando forte vt excipiēs fatiga
tus ⁊ vexatꝰ laboribus ⁊ expēsis ex di-
uersis terminis quos iudex ad audien
dā deliberationē assignat cedere liti.vl'
ab exceptōe recedere cogat.no.in dicto
ca.dilecti ꝺ appel.qꝛ vt recitat ibi Osti.
si iudex tertio reqsitus humiliter expe
ctato responso tpe cōgruo nō responde
rit.Expresso tali grauamine poterit ap
pellari.de quo pleniꝰ ibi.Itē dꝛ in for-
ma appellatōis ꝙ a tali interlocutoria
vel tali grauamie ⁊c.appello.Pnt etiā
plura grauamina exprimi in appellati
one.ꝫ caueat appellās ꝙ sint legittima
⁊ vera.Nā cācellaria vnū solū respicit
grauamē.vel vnā appellatiōis causaꝫ
de quo in ca.cū causam.de ap.sup alle.
glo.Vn̄ posset cācellariꝰ eligere causaꝫ
forte falsam sup quolibet tn̄ grauamie
dat vnū singlare vel speciale rescriptū
ad eosdeꝫ iudices.vt ibi no. Et ex sola
causa in appellatōe expssa ⁊ nō ex alia
p̄cedēti vel supuenienti appellatio iu-
stificari poterit vl' impugnari.vt in cle.
appellāti eo.ti.Itē dicit in appellatiōe
ad talem epm supiorem vel ad papam
appello ⁊c. Et si simpliciter dicerē ap-
pello.non expresso an ad epm vel ad
archiepm seu ad papā ad quem videat
appellasse. Vl' si dicat appello ad ma-
iorē.no.in ca.vt debitus.de ap.Et dici
tur ibi ꝙ intelligit ad ꝓximū appellas
se.De quo etiā in spe.eo.ti.§.nunc tra-
ctemus.v.sed qd si quis.⁊ sequē.Vtꝝ
aūt valeat appellatio alternatiua vide
licet sub hac forma. Appello ad
archiepm vel papam qn̄ ab epo appel
lat.vl' appello ad epm vel archiepum:
cum appellat ab inferiore iudice.no.ꝺ
off.dele.si is cui.li.vj.in glo.penl'.⁊ sup
ea.Et melius in questiōe posita supra
regula in alternatiuis.de regu.iu.li.vj
Et dicit ibi cōcludendo ꝙ in primo ca
su.scꝫ quādo appellat ab epo ad archi-
epm vl' ad papā tenet appellatio. dum
modo appellās eligat infra tpus q̄ de
buit appellare.videlicet infra decendi
um.In scdo casu etiā appellatio valet
scꝫ qn̄ appellat ad epm vel archiepm.
quia tunc inquātum exprimit de archi
epo est inutilis.qꝛ eo casu non pōt ad
archiepm appellare epo medio omis-
so.de ap.dilec.vlt. Inquantū aūt inter
ponit ad epm est vtilis.sed vtile p inu-
tile non viciat.vt in regula.vtile.de re-
gu.iu.li.vj.igit ⁊c Et quō gradatim si-
ue seriatim est appellandū.si tn̄ omitti
tur medius ⁊ nō opponit exceptio an
teneat appellatio.vl' an in hoc valet cō
suetudo ⁊c.etiam no.in dicto ca.dile-
cti.Et si vnus litigantium appellat ad
archiepm alius ad papā.quid iuris sit
habet in ca.si duobus.de ap.⁊c. Item
subiungitur in appellatione ⁊ aposto-
los primo scdo ⁊ tertio.⁊ cū debita in-
stantia peto ⁊c.De hoc.ij.q.vj.post ap
pellationē.§.vlt.ad finem.⁊ in.l.iudici
bus.C.eo.ti. Sufficit tn̄ ꝙ ista petitio
fiat vnico contextu.vt in clemē.Quis
rigor.de ap.Et de istis apostolis infra
patebit.⁊ non est de substantia appella

tionis ꝙ in ipa appellatione petant dū modo petant postea infra.xxx.dies.vt in le.j.ff.de ap.in glo.De quo i spe.iiij. pte ti.de ap.§.sequit.in fi.ꝛ no.in alle. cle.Quis.eo.ti.in glo.lex.Dicit postea in forma.sequit adherentibꝰ.quō appellans se adherentesq; suos submittit ꝓtectioni eius ad quē appellat De istꝭ adherentibꝰ tangit in ca.vt circa.ꝺ ele cti.li.vj.Diuersas appellationum formas iudicialium ante sententiā a grauamie vel interlocutoria ponit Guil. in spe.iiij.pte.§.j,vt supra tactū ē.Causa debet exprimi in appellatione ante sententiā interpositā.ꝛ illa debꝫ esse rationalis ꝛ vera. Vn̄ appellans quilibꝫ habet ꝓbare duo.s.causam appellationis esse legitimā.sed ad hoc ꝓbanduꝫ non requirunt testes vel instrumēta.ꝫ est in arbitrio boni viri scꝫ iudicis. videlicet an causa sit talis que ꝓbata debeat legittima reputari.vt in ca.vt debitus.de ap.Iteꝫ ꝓbare debet appellās causam appellationis esse verā.ꝛ ad h̄ requirit ꝓbatio.vt no.in ca.cum speciali.eo.ti.nisi appellās obtulisset se ꝓbaturū veritatē cause corā iudice a quo n̄ fuisset admissus.ac ꝓ tanto appellasset de quo dicēdū ē.vt in ca.interposita.e. ti.in prin.Debet ergo causa appellationis vā eē.al's appellatio ē frustratoria vt in ca.vt debitus.supra alle.

Appellatio a diffinitiua poterit sic formari quando in scriptis ex interuallo appellatur.

Coraꝫ vobis tali iudice ꝛc.Ego talis principalis vel talis ꝓcurator.vt supra in precedenti forma.Dico ꝛ propono animo appellandi ꝙ decem diebus nondum elapsis in causa tali que inter me ex vna.ꝛ talem B.aduersarium meum parte ex altera.de ꝛ super re vel debito tali asserto vertebat in iudicio.Coram vobis sententiam contra me ꝛ pro aduersario meo tulistis diffinitiuā.Si nomen sententie mereretur habere me ꝑ eandem sententiam p̄tensam vestraꝫ eidem meo aduersario in petitis ꝑ euꝫ minus iuste cōdemnando.vel eundeꝫ aduersarium meū a mea impetitōe absoluendo ꝛ mihi sup petitis ꝑpetuū silentium perperam imponendo. Idcirco ab eadem sententia pretēsa tanq̄ iniqua ꝛ iniusta ipsius nullitate semꝑ salua in his scriptis ad talem appello ꝛc. vt supra in alia forma ꝛc.Vel breuiter posset sic dictari ista appellatio

A tali snia p̄tensa diffinitiua ꝑ vos dn̄m iudicem in causa tali contra me ꝛ ꝓ aduersario meo tali lata tanq̄ iniq̄ ꝛ iniusta in his scriptis appello ad sedeꝫ talē ꝛc.An aūt dies late snie sit inserenda in appellatione.vel ꝑsona aduersarij in ea exprimenda.ꝛ quid si pl'es habeat quis aduersarios.ꝛ vnū exprimit ꝛ aliū subticet.ꝛ de quibusdaꝫ alijs tractat Guil.in spe.iiij.pte.de ap.§.j.v̄.si vero appellat.Nec de istis est curandū multū.quia notarius qui de appellatione ꝯficit instrumentū talia debet declarare.Et de die sententie late constabit ꝑ instrumentū sententie de die interposite appellatiōis ꝑ instrumentū appellationis constabit.Quādo vero appellat ilico a sententia viua voce apud acta non est necesse dari formā.quia ꝑ sententiā que immediate lata est ꝛ a q̄ i ꝯtinenti appellat satis constare potest quis cōtra quem.a qua snia.ꝛ a quo iudice vel ad quē iudicem appellat.licet ista in appellatiōe non exprimant.Dicat ergo ille ꝯtra quē est lata snia. Ego talis a tali snia tāq̄ iniqua ꝛ iniusta ad talē supiorem appello.Et aliq̄n sententia ꝯtinet plura capitula.ꝛ in vno fert ꝓ vna pte.ꝛ in alio ꝓ alia pte.ꝛ sic vtraq; ps appellat ab eadē.de quo i.c.Raynuncius.ꝛ in ca.Raynaldus.de testa.

Notarius aūt appellatōis sic ꝯficiet istrumentū sup appellatione.

In nomine dñi Amē. Anno a nati-
uitate eiusdē dñi. M.cccc.lxix. inditōe
xiij. pontificat⁹ sanctissimi in xpo pris
ac dñi. dñi nostri Innocentij diuina ꝓ
uidentia pape scdi. anno primo die se-
cunda mensis decembris. hora tertia ꝯ
vel quasi i opido Erford. Maguñ. dy-
ocesis in domo vel loco tali corā tali iu
dice. in meiqꝫ notarij publici subscri-
pti ꝛ testiū infrascriptorū p̄sentia ꝑso-
nalit̄ cōstitut⁹. discret⁹ vir tal̄ pricipalis
vl̄ talis ipi⁹ ꝓcurator noie ꝓcuratorio
hn̄s in māib⁹ suis quādā papiri cedu-
lam: infrascriptā appellationē in se cō-
tinentē. quam appellationē ibidē inter
posuit ꝛ legit alta intelligibili ꝛ sonora
voce. ꝓut in ipa cedula continebat̄. seu
sm̄ eiusdē cedule appellationis formā
ꝛ tenorē appellauit. apostolos petiuit
ꝓstabat̄. ꝛ alia fecit sicut exp̄mit̄ in
eadem. Cuius appellationis tenor de
verbo ad verbū fuit ꝛ est talis.

Corā ꝛc. Qua appellatione sic int̄-
posita. ac apostol̄ petit̄ a iudice supra
dicto idem iudex appellationē eandeꝫ
plectaꝫ ꝛ interpositā habuit copiā eius
dem appellationis ab appellāte petijt.
ꝛ eam sibi ꝑ eundem appellantē vl̄ ei⁹
ꝓcuratorem traditam recepit. ac taleꝫ
diem vel terminum iuris ad dandum
sibi apostolos. ꝛ pinde ad recipienduꝫ
eosdem ei ꝓ termīo assignauit. ꝛ infra
terminū iuris se apostolos daturū eidē
ꝓmisit. Sup quibus omnib⁹ ꝛ singul̄
idem appellans vl̄ ipius ꝓcurator me
notarium publicum vt sibi vnum vel
plura conficerem instrumenta requisi
uit. Acta sunt hec anno. inditione. mē-
se. die. hora ꝛ loco quibus supra p̄senti
bus ꝛc. Et appellatio semp ꝑt interpo-
ni siue dies feriata sit siue non. Et peti
possunt apostoli etiam extra locum iu-
dicij. In loco tamē congruo ꝛ honesto
ꝛ hora congrua. non quando iudex est
in balneo vel in mensa ꝛc. vt no. in cle.
Quis rigor. de ap. Et sufficit appellatō
nē coram iudice interponi ꝛ iudici scri
ptam offerri. licet ipius appellationis
tenor non legatur. vt in ca. appellatio.
eodem ti. li. vj. Et ꝙ dicitur in instrum
to ꝙ iudex assignat certum diē ad dan
dum ꝛ recipiendum apostolos appel-
lanti. vel dicit se daturum infra termi-
num iuris. vel in termino iuris. qui est
infra. xxx. dies. qui currunt a tempe in
terposite appellationis. non a die sen-
tentie vel grauaminis. vt tenet ibi Ge
zel. ꝛ cuꝫ eo tenet Rota. ꝓpter motiua
ꝛ rationes quas inducit. licꝫ Johānes
an. in dicta clemē. Quis teneat ꝙ a die
late sententie ꝛ nisi appellās petat apo
stolos infra. xxx. dies. vel in termino si
bi ꝑ iudicem ad hoc assignato appella
tioni renunciat. vt in allꝫ. clemen. Quis
Et iudex tenetur illos dare appellanti
ꝛ petenti. als ipius ꝓcessus non vale-
bit. vt in ca. j. et in ca. ab eo. §. illud eo.
ti. li. vj. si non dedit eos exp̄sse vel taci-
te. ꝛ appellans nihilominus potest ꝑ-
sequi appellationem suam. vt in clem.
Quis eodem ti. in fi. ꝛ ibi etiam nota. i
glo. sepius alle. An gratis dari debeāt
apostoli vel expensis ipius appellan-
tis. Et sunt apostoli quedam littera-
ruꝫ breuis forma. verborum. quia scri-
ptura non est de substantia. iudiceꝫ ad
quem appellatur instruens. motiuum
iudicis a quo ꝛ totius appellatiōis cir
cumstantias breuiter comp̄hendens.
vt ꝓbatur. ij. questi. vj. post appellatio
nem. ꝛ ca. forma. Et dicuntur apostoli
ab epi quod est supra ꝛ stolon missio.
quasi littera missa ad superiorem. Et
debent contineri quis appellauit. a q̄
contra quem. sup quo. et ex qua causa.
Et an ille a q̄ appellat̄ deferat appella
tōi. vl̄ nō ꝛ q̄re h̄ faciat. vl̄ ñ. vt i. l. vnica
ff. d libel. dimisso. ꝛ i. c. cordi d ap. li. vj.

Et no.in clemen.quis.de appel.e.ti.⁊
in spe.e.ti.ꝑte quarta.§.penul.Et sunt
plures species apostoloꝝ. Nam quedã
sunt cõuentionales. vt qñ ꝑs admittit
appellatiõem sententie in iudicio iudi-
ce eam refutante vel tacente. vt de ap.
sepe.⁊.c.oblate.siue extra iudicium.vt
ibi. Alij sunt testimoniales q₂ testificãt
de appellatione facta coram iudice vel
alijs honestis ꝑsonis. Alij sunt dimis-
sorij ꝑ quos apparet ꝙ iudex appella-
tioni detulit.⁊ ꝙ appellantẽ a sua iuris
dictõe exemit.⁊ causam ei ad quem ap
pellatũ est remittit. Alij sunt reuerẽtia-
les.vt qñ ꝓpter supioris reuerentiã ap-
pellationi defertur.vt in.l.eos.§.super
his.C.de appel. Alij sunt refutatorij ꝑ
quos apparet ꝙ iudex nõ defert appel
lationi.s.cũ appellatio est friuola ⁊ fru
stratoria. Talibus enĩ appellantibꝰ nõ
est deferendũ a iudice.nec ius defert.vt
in.c.cum appellatõnibus. de ap.li.vj.
Vñ vt sciatur cui appellationi deferẽ-
dum sit an non. Est aduertendũ ꝙ qua
druplex est appellatio. q₂ est appellatõ
manifeste frustratoria. vt qñ appellatͬ i
crimine notorio. Est ⁊ latens frustrato
ria.vt cum in appellatione exprimitur
rõnabilis causa.sed ista est falsa. Est eti
am latens ꝓbabilis. vt qñ exprimitͬ in
ea causa iusta.sed a iure non expressa.
Item est aliqua manifeste ꝓbabilis.vt
cum appellatur ex causa iniusta in iu-
re expressa manifeste notoria. vt lit.nõ
cõtest.c.ij.⁊ sic attenditͬ qualitas appel
lationũ. Attenditͬ etiam qualitas iudi-
cis.vicꝫ an sit delegatus cum clausula
ap.re.vel sine tali clausula. seu ordina-
rius. Prima appellatio repellitur a iu
re ⁊ a iudice quocunqꝫ. Secunda repel
litur a iure sed admittitͬ a iudice quo-
usqꝫ cõstet de falsitate cause. Tercia ad
mittitͬ a iure ⁊ iudice.nisi dato cũ clau-
sula ap.re. Iste non tenetur tali appel-
lationi deferre. Quarta admittitͬ a iure
⁊ iudice.ita post Pe.⁊ Ab.no. Jo.an.
in.c.pastoralis.d appel. Et qñqꝫ iudex
assignat appellanti terminũ in datõne
apostoloꝝ ad appellatõis sue ꝓsecutio
nem. vt in.c.cum sit romana. de ap.cũ
concordi. Vtrum istius termini assi-
gnatio habeat vim delationis. solet no
tari in.c.oblate.de appel. plenius in.c.
cum appellatõibus.eo.ti.li.vj.Et dici-
tur ibi ꝙ nõ.q₂ ista ponuntͬ ibi vt diuer
sa. Si vero dicat notarius ꝙ iudex beni-
gne recepit appellatiõem an intelligatͬ
delatum.no.in spe.de ap.§.nunc dica-
mus.in fi.Et dicit Guil.ibi. ꝙ nõ vide
tur iudex detulisse.dicit tñ ꝙ clementi
placebat contrariũ. Si iudex simplicitͬ
dat apostolos non exprimendo an de-
ferat vel non.dicit Ab.ꝙ deferre videtͬ
ita no.ipe in.c.dilect.de ap. Item dicit
ꝙ si dat acta pro apostolis. quia tũc de
tulisse intelligitͬ.ita est decisum in rota
An autem postqꝫ iudex detulit appel-
lationi possit delatõem ipam reuocare
no.de ap.constitutus.ij.de accu.memi
nimus.de ap.cum appellatiõibꝰ.li.vj.
Et tenent doct.ꝙ nõ possit etiam re in
tegra.lꝫ Jo.an.tenuerit cõtrariũ ꝑ du-
as rões. Prima quia interlocutoriã
põt iudex reuocare.ergo ⁊ delatõeꝫ ⁊c.
Item quia appellans potest reuocare
appellatõem.pari rõne iudex delatõeꝫ
sed iste rões nõ vrgent.vt ibi no.Et qñ
iudex detulit appellationi an post de-
latõem possit statuere terminũ appel-
lanti.etiam no.in.c.cum appellantibꝰ.
Et ꝑ Bern.in.c.ij.de mrimonio cõtra.
cõ.interdi.eccle.in iiij.glo. ⁊ tenet ꝙ sic
Et ꝓbat Johan.an.in.c. cum appella-
tionibus.in nouella. per plures ratio-
nes.vt ibi patet.

Et est aduertendũ ꝙ aliquando iu-
dex defert appellationi. aliquando ꝑs
appellata. Sed ob iudicialẽ reuerentiã
iudex debet appellatõeꝫ recipe. Pars
vero dꝫ illam approbare appellatõeꝫ.vt

no. de ap. interposita In potestate ꝗ est
alteri⁹. s. iudicis ⁊ appellãtis approba-
re appellationẽ. Vñ appellat⁹ etiã iu-
dice inuito põt eam approbare ⁊ econ-
tra. Iudex põt eam admittere ꝙuis di
spliceat appellãti. Et sic in hoc equipã
tur iudex ⁊ appellat⁹. Sʒ iudex ⁊ appel
lator etiã equipant̃ in vno. videlicet in
termino assignãdo. vt in. ca. ꝑsonas. ⁊ i
ca. oblate. de appel. Sʒ in potestate soli
us appellatoris est an appellet vel nõ
⁊ sub q̃ forma. Caueat tñ ne erret. vt in
ca. cordi. eo. ti. li. vj. In ptãte aũt ⁊ arbi
trio solius appellãtis est an velit princi
pale negociũ tractari vel nõ. vt in cap̃.
cordi. iã alle. Et effect⁹ delatiõis est ꝙ ꝑ
eam abdicat̃ iurisdictio a iudice a quo
⁊ in supiorẽ ad quẽ trãsfundit̃. vt in ca.
cũ appellatõib⁹ sepius alle. Effect⁹ ve-
ro assignatõis termini est ꝙ si in termi
no appellãs non ꝓsequit̃ suã appella-
tionẽ. inducit̃ renũciatio ⁊ desertio ap-
pellationis. ⁊ act⁹ a quo emissa est ap-
pellatio manet rat⁹. vt in ca. cum sit. et
in ca. repꝛhensibilis. ⁊ in ca. sepe. de ap.
⁊ termin⁹ hmõi statuit̃ vel ad iter arri-
piendũ. vel ad p̃sentandum se supiori
ad quẽ appellatũ est. de q̃ in ca. ꝑsonas
in glo. ij. ⁊ sup ea. Ipsius tñ termini di
uersi surgũt ⁊ causant̃ effect⁹. ſm ꝙ in
ipius assignatõe aliqua ɔcurrũt vł nõ
Nã aliqñ appellatio solũ recipit̃ a iu-
dice ita ꝙ cũ assignatõe termini ɔcurrit
delatio iudicis. Aliqñ solũ approbat̃ a
ꝑte. Aliqñ ɔcurrit vtrũqꝫ q̃ recipit̃ a iu
dice. ⁊ a ꝑte approbat̃. Aliqñ neutrũ fit
q̃ nec recipit̃ nec approbat̃ Si ergo ap
pellatio recipit̃ a iudice vł etiã si appro
bat̃ a ꝑte. tunc termin⁹ hmõi hʒ vim ꝑ-
empt̃. ita ꝙ non venientẽ ɔstituit ɔtũa-
cem. sic ꝙ in articulo appellatõis ɔ̃ euʒ
vt ɔtumacẽ põt ꝓcedi. Et tenet̃ mitte-
re ꝓcuratorẽ sufficientẽ saltẽ ad articu
lũ appellatõis expediendũ. vt in ca. se-
pe. ⁊ ca. Nicolao. de app el. Idẽ ⁊ forti
us vbi vtrũqꝫ ɔcurrit. s. receptio iudicis
⁊ approbatio ꝑtis. Sed vbi neutrũ in-
teruẽit. q̃ nec recipit̃ a iudice appella-
tio. nec approbat̃ a ꝑte. tũc sufficit mit-
tere ꝓcuratorẽ ad impediendũ ⁊ ɔtra-
dicendũ tm̃. nec ꝓcedere in articulo ap
pellatõis ɔtra absentẽ. vt no. i dicto ca.
Nicolao. licʒ glosator ibi videat̃ tene-
re ɔtrariũ. Si aũt recipit̃ ⁊ approbatur
appellatio. ⁊ cũ hoc petit appellat⁹ ꝙ
veniat appellãs instruct⁹. tunc dʒ mit-
tere ꝓcuratorẽ instructũ sufficientem.
ne dũ ad articulũ appellatõis ſʒ etiã ad
cãm p̃cipalẽ. vt i. c. cordi. d̃ appel. li. vj

Forma apostolorum qui dimissorij dicuntur est.

Sanctissimo in xp̃o patri ac dño: dño paulo diuina ꝓuidentia sacrosctẽ romane ac vniuersalis eccl'ie sũmo põtifici. Episcopus talis ⁊c̃. vel talis officialis ei⁹ deuot⁹ fidelis ac obediẽs deuota pedũ oscula beatorum. Nouerit sanctitas vr̃a ꝙ cum in causa q̃ inter A. ex vna ⁊ B. ex altera ꝑte d̃ ⁊ sup domo vł fundo tali seu debito tali corã me in iudicio vertebat̃. sniam p̃dicto A. ⁊ cõtra Bernardũ p̃fatũ tuli diffinitiuã. vel interlocutoriã sic vel sic ꝓnunciãdo sup exceptõe tali. Et q̃ ab hmõi snia diffinitiua vel interlocutoria idẽ B. ad. e. v. scʒ ad sctãʒ sedẽ apostolicã appellauit. Idcirco ipm B. appellantẽ a meo iudicio dimitto ad. v. s. examẽ. ex his litteris meis dirigo sibi lr̃as hmõi sigillo meo sigillatas ɔcedẽs. In testimoniũ p̃missorum. Datũ ⁊c̃. Et hoc cũ appellatũ est ad papã. Si vero ad inferiorẽ puta ad ep̃m vel archiepiscopũ scribatur sub eadẽ forma. verbis cõpetenter mutatis. scribẽdo. Reuerendo vel reuerendissimo ⁊c̃. Aliqui non dirigũt supiori sed scribũt Vniuersis. Alij breuit̃ sic concludendo dicunt ad appellantẽ v̄bo. vel in cedula nuda scribunt in hec verba vel similia. Quia tu a me appel

lasti a tali sñia mea diffinitiua vel inter
locutoria. Ideo ab obseruatiõe mei iu
dicij his aplis te dimitto ⁊ ad eius ad
quē appellasti examē dirigo. Et si vo-
lunt ibi statuere terminū. iungit triū vl
q̄ttuoꝛ mensiū spaciū. Vel diē talē sta
tuo ꝓ termino ad iter accipiendū pꝛo
appellatõis tue ꝓsecutione faciēda. vl
ad p̄sentandū te ꝯspectui sedis aplice:
vel alteri⁹ supioꝛis ad quē appellasti ꝛc̄
Forma apostoloꝛum reuerentia-
lium potest esse talis.
Sanctissimo vel reuerendo ꝛc̄. vt
supꝛa. Talis actoꝛ vel talis re⁹ in causa
tali q̄ inter ip̄m vel talē ex vna ⁊ talem
pte ex altera de ⁊ sup tali re ⁊ ei⁹ occa-
siõe in iudicio corā me vertebat. a sñia
diffinitiua vel interlocutoꝛia ꝛc̄. ad san
ctitatē vr̄am vel reuerentiā appellauit.
Et q̄uis appellatõ sua mihi friuola vi
deat. tñ ob reuerentiā vr̄am eidē sue de
fero appellatio. statuēdo sibi terminū
ꝛc̄. vbi supꝛa.
Apostoli refutatoꝛij possunt dari
sub hac foꝛma.
Sanctissimo vel reuerēdissimo ꝛc̄
vt supꝛa. Nouerit sctitas vel reuerētia
vr̄a q̄ talis a me ⁊ interlocutoꝛia sñia i
tali causa que corā me inter ip̄m ⁊ talē
supꝛa re tali vertebat. ad e. se v. seu ad
vos appellauit. Et qꝛ hmõi appellatio
friuola ē ⁊ frustratoꝛia ex tali cā. ideoq̄
cum hmõi appellationib⁹ friuolis nec
ius deferat nec sit ei p iudicē deferēdū
eidē appellatõi non duxi deferendum
neq̄ defero. ⁊ hos apostolos refutato-
rios sibi tradidi atq̄ trado. In quoꝝ te
stimoniū ꝛc̄. vt supꝛa. Et ponit ista foꝛ-
ma de interlocutoꝛijs. qꝛ quando a dif-
finitiua appellat tunc necesse est defer-
ri. qꝛ ius defert. de iureiurā. venientes.
de appel. non solū. li. vj. nisi in casibus
ibi no. in glo. vt quia. Judices moder-
nis tempib⁹ raro diligūt tales lr̄as ad

supioꝛē. sed facile se de istis apostol ex-
pedientes dicūt verbo ad appellantez
vel eius ꝓcuratoꝛē sub hac foꝛma.
Appellationi tue ob reuerentiaz
sedis apostolice vel talis superioꝛis ad
quē est appellatū deferim⁹ seu defero.
⁊ talē tibi terminū p̄figo ad appellatio
nē tuam ꝓsequendā. Vl qꝛ appellatõ
tua videt nobis friuola. ideo ei nõ defe
rimus. hanc responsionē tibi ꝓ aposto
lis refutatoꝛijs ꝯcedentes. Et hoc faci-
unt iudices p notariū scribi loco apo-
stoloꝝ. Et scribit notari⁹ si vult appel-
lationem ⁊ apostoloꝝ dationem in ea-
dem carta seu in vno instrumento po-
nendo in fine instrumenti appellatõis
foꝛmā. ō qua supꝛa; Itē āno inditiõe põ
tificatus quibus supꝛa. die tali mēse ta
li. Corā iudice p̄dicto ac in mei notarij
publici ac testiū infra scriptoꝝ p̄ñtia p
sonaliter ꝯstitut⁹ p̄dictus N. appellās
vel talis ip̄ius ꝓcuratoꝛ aplos per p̄di
ctū dñm iudicē sup appellatione sua p̄
dicta sibi dari cum instātia humilit po
stulauit. Cui iudex ip̄e dando aplos in
hec verba rñdit vel scriptā cedulā tra-
didit. ⁊ in ea ꝯtenta ꝓ aplis sibi dedit.
cuius tenoꝛ talis est ꝛc̄. Et scribit teno-
rem seu foꝛmā aploꝝ. ⁊ subiungit po-
stea. Sup q̄bus ꝛc̄. vt supꝛa in instrum
to appellatõis. Si aūt iudex terminū
datū vel dandū ad recipienduz aplos
ꝓrogat in aliū diē an tūc iterato appel
lans teneat cõparere seu aplos petere
vel si rñdet iudex apostolos se daturuz
nullo certo termino p̄fixo. q̄d iuris sit
legit ⁊ no. in cle. q̄uis rigoꝛ. supꝛa sept
us alle. Et ita sunt ista expedita que se
quunt sñiam quādo ab ea appellat. qꝛ
tunc sñia non debet exeq̄. cum p appel
lationē sit suspensa. vt in dicto ca. veni
entes. de iure iurā. Immo quicq̄d post
sententiā etiā ante appellationē p iudi
cez vel aduersariū fit. totū reuocabit p

modum attemptati. De quo plene i. c.
non solum supra alle. ⁊ sic transit nō in
rem iudicatam. Si vero a sentētia nō
fuerit appellatum. ⁊ sic transiuit in rez
iudicatā tunc ipa sentētia debz exequi
al's parū ꝓdesset sentētias dari si exe-
cutōi non demandarenꝛ. vt de re iudi-
cata. cuz aliquibus. Aduertendū
tū ꝙ sunt quedā snie que nunq̄ȝ transe-
unt in rem iudicatā. vt sunt sentētia q̄-
rum obseruantia induceret ꝑiculū ani
me. de re iudi. tenor ⁊ ca. ꝯsanguinei. d
fri. ⁊ male. fraternitatis. cuz similibus.
Quedā sūt que statim trāseūt. vt ē sen-
tentia excōicatōis de appel. pastoralis
de sen. excō. ꝑ tuas. que tū ꝓprie nō est
sententia. Et hoc verum ꝙ non statim
transit in rem iudicatā quo ad priuatā
vtilitatē. Sed quo ad publicā vtilitatē
tangentē periculū animaꝝ nunq̄ȝ tran
sit. ar. de excep. pia. li. vj. Nam semꝑ au
ditꝛ conquerens de iniusta excōmuni-
catiōe. de offi. dele. cum ꝯtingat. Sunt
etiā quidā casus in quibus diffinitiua
sentētia statim transit in rem iudicataz
que no. de re iudi. suꝑ Rubrica. Que-
dā sententie tenent mediū. q2 transeūt
in rem iudicatā. sed non tū statim. sed
post decem dies. Et istud regularitꝛ ob
tinet in sententijs p̄dicta extrema sunt
casualia. notaꝛ de re iudi. suꝑ Rubrica
⁊ in ca. ꝯsanguinei. Et hoc quādo sen-
tentia tenet licet sit iniusta. Secꝰ si eēt
nulla. q2 tunc non transit. de sen. ⁊ re iu
di. ca. j. Et modos nullitatꝭ pōit Guil.
in spec. de sen. pla. §. iuxta ꝓpositiōis.
Et dꝛ snia nulla. quia lata est cōtra ius
constitutionis expresse. Iniusta dicitꝛ
que est lata contra ius litigatoris. Nul
la tamē non transit. iniusta sic vt dictū
est. Distinguitꝛ tamen. q2 qn̄q3 sentētia
est nulla nec seruaꝛ. vt si ꝯtra ius consti
tutionis est lata expresse. Quādoq3 est
nulla. sed seruaꝛ donec de nullitate cō-
stet. vt si est lata ꝑ falsos testes seu falsa
instrumēta. quia ista est nulla in verita
te. sed est aliqua in opinione. de quo d
excepꝛ. cuz venerabilis. Quādoq3 nul-
la est ⁊ trāsit in rem iudicatā post. xxx.
dies. vt ibi no. de quo ꝑ Osti. in ca. cuz
Bertoldus. de re iudi. Snia ergo que
transiuit in rem iudicatā in actione ꝑso
nali demandabitꝛ executioni post tem-
pus quadrimestre. q2 istud tempꝰ con-
demnatis in ꝑsonali actione cōceditꝛ a
iure. vt in. c. querēti. de offi. dele. Pōt
tamē hmōi tempus artari vel ꝓlonga
ri ꝑ iudicem ex causa. sine causa h non
potest. Alias si artauerit sine causa sup
plebitꝛ a lege. vt ibi notaꝛ. ⁊ i spe. d sen.
excō. §. videndū. in pricipio. Et fiet exe
cutio in hmōi actione ꝑsonali isto mō
seu ordine. Quia p̄cipietꝛ reo ꝙ pecuni
am in qua condemnatus est actori si-
bi soluat. Et an ipse condemnatus ad
ipsius pecunie solutionem precise co-
gi debeat victore instante ⁊ petente. re
citat Johes an. ibi in addi spe. ꝙ Guil
helmus in ista questione tenuit condē
natum. si habet in pecunia ad illud te-
neri. Si vero non habet victus in pe-
cunia vnde satisfaciet executō fiet in re
bus eius. Et primo mobilibus. videli
cet. vt capiantur mobilia si possidet. si
mobilia nō habet. recurritur ad ad im
mobilia. Si nec immobilia possidet ꝑ
uenitur ad nomia siue iura. scilicet ad
ipsius condemnati debitores. sic tamē
